



CANDIDO LECTORI S.

Summam habere laudatissimum Astronomia
studium, adjunctam difficultatem cum jucun-
ditate, tot & tanta in publicum emissa lucu-
brationes manifestè ostendunt. Multò enim
esse præclarior, & homine dignior, cælum po-
tius, quàm cælata intueri, & hoc pulcherrim-
um opus, intermicantibus astrorum luminibus, tanquam flo-
ribus ornatum, quàm picta & facta vel gemmis distincta mira-
ri, Lactantius lib. 6. cap. 20. attestatur. Perbenè igitur Ovid.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Jussit & erectos ad sidera tollere vultus.

*Hæc astrorum scientia. superiores illos orbes luminaq; in-
termicantia considerat, quæ summa Omnipotentis bonitas ar-
chitectata, mortaliu[m] servitio destinavit: veram hæc & ge-
nuinam apello, non illam supersticiosam à S. Romana Ecclesia
censurâ dignissime notatam; cælum inquam stellarum, in quo
earundem robur, $\sigma\tau\epsilon\omega\mu\alpha$ seu fundamentum, omnium animos
in admirationem rapit, motuum amplitudo & varietas stupefa-
ctos percellit. Hujus doctrinæ dignitatem, eò ampliorem esse sci-
mus, quò plurimum artium fecundior agnoscimus: fontem Ge-
omettiæ quæ ad omnes conducit artes, verissimè appellabimus:
in sua namque scientiâ habet veritatem, c. si quis artem dist.
37. quam etiam ex prudentissimo Imp. Dioclet. & Max. decre-
to, discere atque exercere publicè interest. Non immeritò igitur*

tur